

omnes sunt. 1. Unius effectus plures esse
possunt causa. 2. Cause esse sibi invicem
possunt causa, licet non in eodem genere.
Cause saepe in unum coincidunt. Ut
anima est forma hominis, efficiens ope-
rationum, &c. 4. Idem eff. potest con-
trariorum causa. 5. Secundæ causa non
gunt sine prima, &c.

Fortuna est causa per accidens eo-
rum quæ per electionem fiunt, raro
ad alicujus finis gratia.

Difert à casu quod illa tribuatur
tantum agentibus per electionem, id est
omnibus; hic oratione carentibus.

Dividitur in bonam cujus effectus
est bonus, & malam, cujus malus.

Monstrum est effectus naturæ
per accidens, vel potius defectus, à
solita secundum speciem dispositio-
ne degenerans, propter aliquod prin-
cipium corruptum. Dicitur à mon-